

In bulla aurea rep. Romae a. 1544 prope ecclesiam S. Petri Vaticanam in sarcophago porphyretico, qui continebat ossa mulieris regiae (Mariae uxoris Honorii), postea adserabatur Mediolani (Mazzuchelli La bolla di Maria moglie di Onorio nel museo Trivulzio, 1819; Labus apud Orellium syll. 4999; cf. de Rossi Bull. cristiano 1863 p. 55 seq.). — Mariam Stilichonis et Serenae filiam Honorius uxorem duxit a. 397 vel 398, eadem nescio quo tempore defuncta sororem eius Thermantiam a. 408. Eucherius filius est Stilichonis, occisus paullo post patrem a. 408. Hoc cimelium recte puto credunt fuisse Mariae et cum corpore eius in sarcophago conditum. Ipsum quoque Honorium maritum Mariae sepultum esse Romae ‘iuxta beati Petri apostoli martyrium in mausolao’ narrat Paulus Diaconus hist. Rom. 45, 7 (p. 197 ed. Droysen) (qui tamen in eo errat quod mortuum quoque Romae Honorium narrat, cf. Tillemont 5, 634).

801 reparatori rei publicae [et] | parenti invictissimo[rum] | principum [Fl.] Co[n]s[tan]t[io] | v. c. et inlustri, comiti [et] | magistro utriusq. [militiae], patricio et tertio c[ons.] | ordinario¹, Aur. Anicius | Symmachus² v. c. pr. urb. | vice sacra iudicans | dedicavit.

Romae ut videtur, servavit codex aliquis Cyriacanus servatus Parmae (VI 1719 cf. de Rossi inscr. chr. I p. 263). — 1) Est Constantius maritus Placidiae, consul tertio a. 420, eo ipso anno aut insequenti (cf. Tillemont 5, 646; Holder-Egger Neues Archiv f. ält. deutsche Geschichtskunde 4, 1876 p. 305) Augustus renuntiatus ab Honorio, et mox defunctus (cf. infra N. 809). — De titulo quodam, qui videtur ab hoc ipso Constantio positus inter anno 417 et 420 cf. de Rossi inscr. chr. I p. 264. — 2) Idem eodem fere tempore Honorio posuit titulum VI 1495. Qua parentela iunctus fuerit cum Symmacho oratore, non constat (cf. Seeck Symm. p. LIII). Eiusdem Symmachii praefecti urbis habemus relationes ad Honorium et hunc ipsum Constantium missas de turbis exortis Romae anno 418 exeunte post mortem Zosimi episcopi, quae duraverunt usque in a. 419 (edidit relationes ex collectione q. d. Avellana post alios W. Meyer ind. lect. Gotting. 1888/9).

802 [Fulgida descendens] terra[e]ni sidera regni
[imperi]um de[dic]ans armorum fulmina [co]ndit
[Placidiae] gra[ndis] t[er]ratula Valentinianu[s]:
[pace fruens doctam exerc]et Theodosius artem.¹

Sitifi in Mauretania (VIII 8481 p. 972 descripsit Delamare, partem vidi Wilmanns). Supplementa adscripsit de Rossi, probavit Mommsen. Pertinet epigramma, iudice Rossio, ad tempus, quo Placidus Valentinianus Placidiae filius iussu Theodosii iunioris purpura induitus est (factus autem est Caesar a. 424, Augustus a. 425). — 1) Alludit epigramma ad studia litterarum Theodosii II, quem notum est armis neglectis codicibus describendis vacavisse et ita meruisse agnomen Calligraphi (Rossi).

803 d. n. Valentiniano florentissimo Caesari Anicius Acilius [G]la-[b]r[io]¹ Faustus v. c. iterum praefectus urbi² repara[vit].

Romae sub Aventino (VI 1677 servavit Io. Bembus in codice scripto a. 1556). — 1) Clarus traditur. — 2) Faustum praefectum urbi fuisse a. 425 intellegitur ex cod. Theod. 16, 5, 62, quo anno hunc titulum positum esse Valentiniano nondum Augusto apparuit. Alios titulos ab hoc Fausto positos, item titulum ipsi positum dabimus infra inter senatorios.